



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Tractatus De Regimine Ecclesiae Episcopalis In Octo Libros Distributus**

**Antonelli, Giovanni Carlo**

**Velitris, 1650**

Svmmarivm.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11401**

ambæ principaliter motę: hoc enim casu præponitur criminalis tamquam maior, & superseditur in civili l. fin. C. de ord. Iudic. glos. cõmuniter recepta in l. damus ver. questione civili C. ad l. Corn. de fals.

Observat tamen Grammat: d: dec. 60. numer. 24. quod in Regno per Regiam Pragmaticam non obstante accusatione falsi contra testes, & partem proceditur in causa civili ad ulteriora, etiam vsque ad sententiam inclusivę, nec cursus causę principalis aliter retardatur, nisi iudici de falsitate ante expeditionem causę constiterit; & tunc executio fieri debet cum cautione de restituendo &c. Ricc. in Collec. decis. 409. par. 2. ubi etiam dicit, quod non impeditur civilis, quando utraque causa posset per se stare. Quare si debitum confessus dicat instrumentum falsum propter fideiussorem, vel aliud, quod non debuit inscribi, salua executione criminis ad solutionem cõpellitur l. 2. ubi glos. C. ad l. Corn. de Fals. ide m dicendum, quando actio criminalis esset exercenda contra tertium, & non contra colligantem ita ut non faceret præiudicium civili, tunc enim civilis non impeditur, ut d. Ricc. in d. Collec. dec. 409. par. 2.

#### SUMMARYM.

- 1 Periurium an sit mixti fori.
- 2 Homicidio sponte commisso comparatur.
- 3 Iurans solvere vsuras an teneatur illas solvere.

tur illas solvere.

- 4 Qua pœna periurus puniatur.
- 5 Clericus testes subornans quapœna afficiatur.
- 6 Quando cesset periurij pœna.

### C A P. XXVII.

#### De Periurio.

**P**eriurium esse mixti fori constat ex cap. prædicandum 22. q. 1. l. de periurio ff. de Crim. stellion. & ita tenet Ricc. in Collec. decis. 265. p. 2. Guid. Pap. decis. 178. nu. 2. Bellett. in Disq. cleric. tit. de favor. cleric. real. §. 4. n. 128. quamvis alij asserant, huiusmodi crimen ab ecclesiastico tantum Iudice esse puniendum, quorum sententiam communem dicit E. Suar. relatus in Syntag. opin. comm. tit. de Periur. cap. 3. vers. Periurium.

Hoc autem scelus adeo execrabile est, ut homicidio sponte commisso comparetur in d. cap. prædicandum: quid enim detestabilius, quam super falsa re in testem vocare Deum ipsum, qui est Veritas infinita. Vide Hieremias cap. 4. iurabis, inquit, vivit Dominus in veritate, & in iudicio, & in iustitia; nam si iuramentum caret veritate, dicitur periurium, quod nihil aliud est, quam mendacium iuramento firmatum Clar. in §. periurium in princip. si caret iudicio, dicitur incautum; si caret iustitia, dicitur iniquum, ut tradunt DD. communiter. Quapropter non est